



## Universitätsbibliothek Paderborn

**D. Burchardi VVormaciensis Ecclesiae Episcopi,  
Decretorum Libri XX. ex Consiliis, & orthodoxoru[m]  
patru[m] Decretis, tum etiam diuersaru[m] nationum  
Synodis, ceu loci communes congesti, in quibus ...**

**Burchardus <Wormaciensis>**

**Parisiis, 1549**

De eadem re. clxii.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-10722**

D. BURCHARDI EPIS. VVORMAC.

tornatricibus ante se facere permittat, nec larvas demonum, quas vulgo Talamascas dicunt, ibi ante se ferri consentiat: quia hoc diabolicum est, & à sacris canonibus prohibitum.

*De eadem re. Cap. CLXII.*

*Ex eodem  
cap. 11.*

**Q**Vando autem conuenerint presbyteri ad aliquod conuiuium, decanus aut aliquis prior illorum, versum ante mēsam incipiat, & cibum benedicat, & tunc secundum ordinem sedeant, alter alteri honorē prebentes, & per vices cibum & potum benedicant, & aliquis de illorum clericis aliquid de sancta scriptura legat. Et post refectionem similiter sanctum hymnum dicant ad exemplum domini sicut in cœna fecisse legitur, & sic se contineant omnes presbyteri, maximè in talibus locis, non vituperetur ministerium illorum.

*De eadem re. Cap. CLXIII.*

*Ex eodē  
cap. 12.*

**S**ummopere etiam quisque presbyter caueat, sicut de statu suo vult gaudere, vt non quacunq; occasione patrem suum aut alium quemlibet ad iram & ad rixam, quanto minus ad pugnam vel ad eadem aliquo verbo iritet, seu prouocet, nec prouocatus ad hoc quisque profiliat: quia in talibus comestationibus & potationibus, semper se immiscet diabolus.

*De eadem re. Cap. CLXIII.*

*Ex eodē,  
cap. 4.*

**Q**Vando presbyteri per Calendas simul conueniunt, post peractum diuinum mysterium, & necessariam collationem, non quasi ad plenam refectionem, sed quasi ad prandium ibi ad tabulas resideant, ne per talia inhonestia conuiuia se inuicem grauent: quia indecent est & onerosum. Sape etiam tardè ad Ecclesiam redeuntes, maius damnum de reprehensione conquirunt, & de grauedine mutua contrahunt, quàm lucrum ibi faciant. Nam de huiusmodi conuentu Paulus Corinthios reprehendit, qui inconuenienter cœnam dominicam manducare conueniebant. Sic & qui ad cœnam dominicam, id est, ad collationem verbi sub occasione conueniunt, & ea veritate ventris causa coniunguntur, reprehensibiles coram Deo & hominibus habentur: & ideo, peractis omnibus